CAPVT VII.

DE HEPIALA.

Ἡπίαλον græci vocant Alg[illegible]m, & est Febris genus, in quo [illegible]ensus totius corporis est inæqual[illegible] nam ægrotantes *simul algent & calent*, atqu[illegible] eodem tempore per vniuersum corpus & [illegible] omnibus eiusdem partibus ambo nempe [illegible] calorem & frigus immodicum percipiunt. Pa[illegible] nim humoris eius nondum putredinem expertæ, reliquo corpori & venis omnibus communicatæ rigorem faciunt, putrefactæ autem calorem impertiunt, hinc ἡπίαλος dicta est παρὰ τὸ ἠπίως ἀλεαίνειν ὅπερ ἐστὶ θερμαίνειν, quod blande & leniter calefaciat. Alii sic definiunt quod ἡπίαλος πυρετὸς sit, quando vitrea pituita non tota æqualiter sed ex dimidio ipsius putrida fuerit, aut aliquæ ipsius partes putruerint, aliquæ vero nequaquam. *Quidam aiunt hanc Febrem sic vocatam* ἀπὸ τοῦ ἠπίου καὶ ἅλος, *quod mare in summa etiam tranquillitate perpetuo agitetur. Gabea lib. 2. de differ. Febr. cap. 6. & cap. 10 de inæquali intemperie. Aetius lib. 6. de feb. c. 86. Plat. f. 15. t. 2. Holer. f. 728. Paulus lib. 2. c. 25. Peuc. f. 21.*

Sc. vitrea pituita.

CVRA.

CVm Febris epiala est *Hemitritæi* species, de ea paucis hic agendum, tum vero vel maximè, quod practici *curationem Hemitritæi* eandem, quam in reliquis febribus instituant, & humoribus singulis vel Biliosis, vel pituitosis aut Atrabilariis, prout febrem ab illis nasci putant, accommodant, inprimis vero ad syncopen emendandam, quæ *frequenter in hemitritæo se offert*, eiusmodi Remedia quæ venenis resistunt ac cordi sunt amica ægris præscribenda, sit itaque crebrior vsus Theriacæ cum *succo limonũ, item spec. cordial. Diambr. Diamosch. Dianth. aliaque Bezoartica* laudantur, alioquin iis vtimur in curatione quotidianæ expositis, initio facto à leuioribus in quem finem ad concoquendam materiam & obstructiones aperiendas sequens exhibeatur, quod etiam Hecticæ cum febre putrida *copulatæ conuenit.*

Hemitritæus, id est, semitertiana Febris est composita, quando putrida cum intermittente iungitur, hinc indesinenter ægrum ac grauiter affligit.

℞. *Syrup. Endiuiæ, vel limon. violar. an.* ℥. 1.
Aq. flor. borrag. card. bened. an. ℥. ij.
Cinamom. cochl. paruum.
Spec. diamarg. frig. misc. & colent. per linteum colatum capiat aliquoties.

Purgetur deinde mitioribus hoc modo.

℞. *Rhabarb. electi* ʒ. ij.
Infund. in *Aq. cichor. Endiu. & Anisi an.* ℥. ij.

bulliant mane vel ma[illegible] in loco tepido aut supra carbones ignitos per aliquot horas, expri[illegible]ant. adde *syrup. rosar. solut.* ℥. 1. misc. fia[illegible] que potio: Et hæc præparantia & purg[illegible]antia si febris illud exigat reiteranda er[illegible]int.

Balneum quoque si nihil aliud impediat, præsertim in quartanis, imperare conue-

Balneum prodest, phlebotomia nocet.

A phlebotomia autem hic abstinendum, nam amisso sanguine tenacior pituita magis crudescit, vnde febris diuturnitas metuenda. *Vitæ ratio* eadem quæ in quotidiana sed magis attenuans ac incidens requiritur, *simulque fiat opiata talis* de qua sæpenumero detur ʒ. ß.

℞. *Conser. Anthos. primulæ veris an.* ℥. 1.
Acori conditi ℥. ß.
Cortic. citri condit. ʒ. v.
Mithridat. vel Theriac. Androm. ʒ. iij.
Puluer. Aromat. rosat. descript. Gabr. ʒ. ij.
Spec. diamarg. f. ʒ. 1.

Cum syrup. conseruat. citri formetur *Electuarium molle.*

Cõsortium.

CAPVT VIII.

DE TERTIANA CONTINVA EXQVISITA.

BIliosa continua exquisita, est *Febris putrida*, producta à Bile syncera, in venis maioribus putrescente, vnde *quo venæ propiores cordi; eo caliditas vehementior.* Hanc licet Galen. inter ardentes febres aliquando connumeret, respectum habuit ad ipsam accessionem, non autem ad naturam & formam totius morbi, siquidem in accessione non adeo ingens est, & sitis adeo magna, vt ardentem febrem vel καῦσον æmulari videatur. *Capiuac. f. 1012. Mercur. f. 567. Peuc. f. 40. Leonell. Fauentin. de febrib. f. 688. Holer. lib. 2. f. 693.*

CVRA.

Ante omnia præmittatur tale enema.

℞. *Flor. chamom. Malu. Mercurial. Melil. an. m.* ß.
Sem. Anisi conquassati ʒ. 1.

fiat decoctio in Aq. communi, postea exprimat. & express. ℥. ix. adde *Flor. cass.* ℥. j.
Hier. pic. simpl. ʒ. ij.

Clyster.

Elect. lenit. c. Mann. ʒ. 1. ß.
Vitell. oui vnius.
Salis parum ʒ [illegible]
misc. pro enem [illegible] ur eo die quo febris sunt indi[illegible]

[illegible] d.

℞. *Vol Mercur. pariet Rutæ an. m.* 1.
Fol. Sen ℥ ß.
Summit. melilot m. ß.
Sem. Fœniculi, conquassati ʒ. 1.
decoq. in Aq. ℔. 1. ß. ad consumpt. tertiæ partis colentur, & colati ℥ x. admisceantur
Cass. fistul. ℥. 1.
Benedict. laxa. ℥ ß.
Ol. flor. chamom. Anethini singul. ℥. 1.
Salis parum, misce.

Facto clysmate hoc digestiuum vsurpetur.

Digerens.

℞. *Syrup. de acetosit. citri* ℥. 1. ß.
Endiuia ℥. 1.
Aq. flor. bugloss. borrag. Rosar. an. ℥. 1.
Cinam. ʒ. 1.
misce propinetur tribus vicibus ad bibendum.

Aliud digestiuum in ardore & æstu febrili.

℞. *Succ. inspissat. de Rib. vel Rob Ribium cum vel sine saccharo, Rob berberor. an.* ℥. ij.
Conser. rosar. ℥. 1. ß.
Flor. aurantior. ℥ ß.
Violar. ℥. 1.
Borrag. bugloss. an. ℥. ß.
misce omnia & affundatur Aq. acetosæ, Aq. violar. Martial. Bugloss. an. ℔. 1. exprimantur per linteum & colatura reseruetur vsui, de hac mixtura bibat æger ad placitum.

Vel sic digeratur.

℞. *Syrup. violat* ℥. 1.
Rosar. rubear. acetosit. citri an. ℥. ß.
Aq. Endiu. Bugloss. acetosæ an. ℥. 1.
Spiritus vitriol. g. iij.
misce vt supra.

Emulsio quoq; non improbatur.

℞. *Sem. cucurbit. melon. papau. albi an.* ʒ. 1.
cõtusis in mortario affunde *Aq. Endiu. Fragor. Bugloss. acetosæ an* ℥. 1. fiat emulsio l. a. dulcoretur *syrupo violar. aut syrup. flor. papau. errat.* pro delicatis loco syruporum addantur manus Christi perlatæ.

Digesta materia medicina solutiua vtimur.

℞. *Rhabarb. elect.* ʒ 1. ß.
infunde in *Aq. cichor. & anisi* ℥. ij. ß. per octo horas, deinde fiat fortis expressio, cui adde
Syrup. Rosar. Solut. ℥. 1.
Diagryd. g. iij.
dissolue cum decoctione flor. & fructuum quantum satis est, deglutiatur mane ieiuno stomacho.

Aliud ad idem quod tamen non semper conueniens nisi in quadratis & rusticis corporibus, quia febris hæc admodum calida est, quare à scammonio aliisque fortioribus abstinendum.

℞. *Turbith elect. Rad. mechoa. an. an.* ʒ 1.
Zingib ℈ ij.
conquassata infunde per 9. horas in *Aq. Anisi, Endiuiæ an* ℥. ij exprimantur fortiter & expresso adde *Cassiæ recenter extractæ* ℥ ß. *vel electuar. ind maioris* ʒ. iij. colentur iterum & colaturæ adde *Syrup. Rosar. solut* ℥. ß. *Aq. Cinam.* ʒ. 1 fiat potio detur calide in Aurora.

Aut si æger delectetur pilulis sequenti formæ studendum.

℞. *Mass. pilular. aggregat. de Rhabarb. an.* ℈ 1.
cum *mucilagin. Gum Trag. in aq. cinam. fact. q. s.* forment. pilul. xx deuorentur mane superbibendo parum aq. saluiæ.

Et quia semper etiam respiciendum ad ventriculum, de hoc puluere solemus exhibere mane ʒ. 1. *cum pauco vino aut alio liquore conuenienti.*

Puluis purgans.

℞. *Fol. card. bened. exsiccat.* ʒ. iij.
Sen. sine stip. ʒ ij.
Flor. Centaur. minor. ʒ. ß.
Cort. myrobalan. chebulor. ʒ. ij.
Rhabarb ʒ. 1 ß.
Zingib. albiss. ℈ iiij.
Garyoph. Galang. an. ʒ. ß.
f. pulu. subtiliss. cuius vsus sit eo die quo natura non mouet.

Et vt operatio pilularum vel prædicti pulueris felicius succedat, *talis potiuncula* duabus vel tribus horis post assumptionem horum vsurpanda.

℞. *Syrup violac.* ℥. 1.
Aq Endiu vel cychorij. ℥. ij.
Aq. Cinam. cochl. j. misce.

Venæ sectio.

Hisce vniuersalibus præmissis *phlebotomia* teste Galeno instituatur, dispiciendum tamen hic an plethora adsit nec ne? sine illa enim sanguinis missio parum prodest, in mulierculis tempore mensium saphena pedis sinistri incidatur.

Quoniam autem cum febre hac cholerica vt *plurimum capitis dolor complicatur*, ideoque cerebri habenda est ratio.

℞. *Ol. Rosac.* ℥. ij.
Aceti rosac. ℥ 1.
misce fiat oxyrrhodinon pro fronte.

Oxyrrhodina ad sistẽdum dolorem capitis.

Aliud frontale.

℞. *Album. vnius oui, Aceti rutac. Aq. Rosar. an.* ℥. 1.
Aq. cheyri ℥. ß.

Betonic. tantundem.
Puluer. Rad. Rhodiæ ʒ 1.
Zedoar. ℈. ß.

misc. & infusa petia in tali liquamine fronti applicetur.

Vel:

℞. *Succi semperuiui aut plantag.* ℥. ij.
Ol. communis ℥. 1. ß.
Aceti Rosar. ℥ 1.
Salis parum. misc.

Sacculus pro capite.

Sacculus etiam cephalicus ex infrigidantibus fieri poterit.

℞. *Coriand. præp.* ℥. ß.
Sem. Lactuc. ʒ. iij.
Papau. albi. ʒ. ij.
Flor. violar. nenuphar. rosar. albar. an. ʒ. ij.
Cacaliæ ʒ. 1.
Santali citrini. ℈. iiij.

misc. fiatque puluis crassus, quo impleatur sacculus ex panno lineo latus quinque digitos & longus pedem vnum.

Rutæ vinariæ vsus.

Item *Ruta vinaria & fol. hederæ terrestris* cum aceto rosac. in mortario contusa & fronti imposita summam quoque vtilitatem præstant.

Aliud Epithema loco oxyrhodini faciendum.

Epithema in forma sacculi.

℞. *Flor. cheyri, Rosar. rubrar.*
Lilij conuallii an. m. 1.
Chamomill. roman. p. 1.
Fol. verben. Betonic. an. m. 1.
Santalorum omnium an ʒ. 1.

ex hisce permixtis & conquassatis fiant duo sacculi oblongi, & acu transuersim missa insuantur, bulliant in *Aq. verben. cheyri, Rosar. Betonicæ, Florum Tiliæ, Aceti an. q. s.* exprimantur & alternatim fronti applicentur, quibus si dolor non remittat, ac *æstus caput magis magisq; affligat,*

℞. *Vng. populeon.* ʒ v.
Telæ Aranear. ʒ. 1.
Farin. Volatilis ʒ 1.

fiat mixtura, diuidatur in 4. partes, Temporibus neq; non arteriis circa carpum imponendæ.

Vel:

Pulsibus in vtraque manu cortic. interior. iugland. arboris in aceto forti macerati prædicto modo applicentur, *vel loco corticum huius arboris* sumatur Bursa pastoris, aut plantago.

Hæc notatio ad praxin facit.

Et quia ægri in hac febre circa iecur percipiunt insignem feruorem, *nam in hac parte summa est noxa,* sequens fomentum ordinetur.

℞. *Aq. meliss. cum Garyophyll. destill.*
Ex malis citreis,
Rosar. violar. Endiuiæ an. ℥. iij.
Aceti rutacei ℥ ij.
Pulueris. santalor. omnium, corticum citri an. ʒ. 1.
Spec. liberan[illegible]n. ʒ. ß.

misc. & bulli[illegible] in fictili cooperto, colentur, hoc [illegible]to irroretur *sacculus talis,* qui recipit,

Rosar. incarnat. Borrag. Bugloss. violar.
Flor. chamom. rom.
Flor. sambuci an. m. ß.
Baccar. iuniper. conquassat. ʒ. j.
Rutæ siccatæ p. 1.

reponantur intra duo lintea [illegible] sacculus qui præscripto liquore madefactu[illegible] iterunque expressus epatis regioni eo nimirum tempore quo maius incendium ab ægrotante percipitur, accommodetur, actu tamen calidus.

Aliud Epithema pro Arteriis iuxta manum.

℞. *Saluiæ minor. Rutæ,*
Bursæ pastor. singulor. p. 1.

Aceti albi parum, quibus optime contusis supra brachii pulsum ligentur, & cum sic per diem integrum relicta fuerint, remoueantur, ac tertio renouentur, præsertim febris accessione instante.

Aliud confortans.

℞. *Garyophyll. Nuc. Mosch. lign. aloes, an.* ℈. 1.
Baccar. iuniper. num. vj.
Aq. rosar. saluiæ minor. an. ℥. 1.
Aceti rutacei cochl. iij. vel tantundem de Acetositate limonum, his omnibus commixtis in vase vitreato inferuescant, & colatura horum calida pannum sericum duplex imbutum pulsus obducantur.

Denique in declinatione adhibenda ea *quæ sudorem promouent,* cuiusmodi est, quod

Διαφορήτικα.

℞. *Aquæ fumar. card. bened. veronic. an.* ℥. 1. ß.
Corn. cerui vsti ʒ. 1.

misc. & colentur cum expressione per linteum in colatura dissol.

Syrup. Arthemis. ℥. 1.
Acetositatis Citri ℥. ß.
Theriac. optim. ʒ. ß.

vel si æger diues sit, *Lapid. bezoart. orient.* ℈. ß. detur ieiuno stomacho & maneat in lecto sudorem expectando.

Diuretica.

Si quis vero animaduerterit materiam vias vrinales petere, exhibenda sunt *diuretica,* vt est emulsio quatuor. semin. frigidorum maiorum cum aq. fragor. Petroselin. cerasorum facta.

Exempli gratia.

℞. *Sem. cucurbit. melon. papau. albi Lactucæ an.* ʒ. 1. Contundantur in mortario & cum aq. portulacæ q. s. fiat emulsio, dulcoretur syrupo violar. simplici, propinetur tempore Apyrexiæ.

Ἀπυρεξία. i. e. spatium quo paroxysmus febrilis cessat.

Huc

Decoctum ligni sassafras.

Huc quoque pertinet decoctum *ligni sassafras* tali modo paratum.

℞. Rad. Glycyrrh ℥.ß.
Cichorij ʒ.iij.
Ligni Sassafras odoriferi assulatim incisi ℥.i.
bulliant in Aq. fontanæ mensuris duabus ad consumptionem quartæ partis, postea adde

Passular. corinthiac. ℥.i.ß.
Sem. Anisi ʒ.i.
Flor. Borreg. Rosar. prouincial. an. p.i.
Cinam. ʒ.ß.

coquantur iterum parum, & relinquantur in fictili cooperto deinde refrigeratum cola & serua pro potu in prandio & cœna sumendo, nec non intermediis horis quando sitis vrget, ad quam *vti & asperitatem linguæ* & gutturis remouendam subinde teneatur in ore Rad. *Glycyrrh. saccharum cand. Trochisci ex succo Berber.* cum saccharo præparati, *caro citri condita, aurant. acid. succus granator. Fructus oxyacanthæ saccharo obductus, cerasa amarena condita, Rob. vuarum vel sapa*, & id genus alia acetosa. *Nonnulli Empyrici Salpetra* sulphure purificatum in aqua simplici dissolutum exhibent, & quidem non sine fructu.

Asperitas linguæ & gutturis.

N B. ʒ i. requiritur. Aq. fontana simplicis ℔.ij.

Vel:

℞. *Aq. fontanæ aut Acidulæ si haberi poterit* ℥.iiij.
Succi granator. acidor.
Vel syrup. de Acetosit. Limon. ℥.ij.
Manus christi perlat. ad ʒ.ij.

misce fiat Iulepus, de quo bibat febricitans frequenter.

In summo æstu hoc summè laudatur.

℞. *Aq. Acetos. Endiu. an.* ℥.ij.
Succi Berberor. cum sacchar. cocti. ℥.i.ß.
Pulueris. succin. albiss. ʒ.i. misce omnia probè.

Experimentum ad præcauendum paroxysmum febrilem.

℞. *Crystalli purissimæ subtilissimè tritæ* ʒ.ß.
Syrup. de Acetositate citri ℥.ij.
Aq. stillat. oxalidis vel portulac. ℥.iij. misce f. haustulus quiante accessionem præmissis vniuersalibus propinetur, *crystallus enim Alexipharmacum porraceæ & aeruginosæ Bilis ac Dysenteriæ antidotus tota sua substantia & manifesta qualitate.*

Crystalli vires in febribus & dysenteria.

Aliud pyrettagogon.

℞. *Myrrhæ Electæ* ℈.i ß.
Pulueris. subtilissimè, adde ol. piper. gr. iiij.

misce & in cochleari argenteo cum syrupo Fumariæ aut vino cretico exhibeatur ante paroxysmum, frigus & Tremorem ipsamque etiam febrem inuadere prohibet, si non prima tamen secunda aut tertia vice datum.

CAPVT IX.

DE TERTIANA CONTINVA NOTHA.

TErtiana notha seu impura est Febris plerunque à Bile vitellina aut bile cum pituita frequentissimè crassiori, rarius tenuiori permixta, perraro à bile succo melancholico diluta procedens. Et hanc nonnulli duplicem constituunt, *Alia enim est famosa*, alia famæ minoris: *Famosa* est quæ oritur ex admisto phlegmate, alias tertiana intermittens phlegmatica. *Minoris famæ*, quæ ab atræ bilis cõmercio, alias tertiana melancholica, legatur *Peuc. f.* 42. & 62. vel Tertiana continua notha est Febris putrida, procedens à bile mista prædominante, putrescente in venis. *Capiuac. f.* 1016.

CVRATIO.

INter initia Aluus subducatur Enemate, ventriculus etiam & communes viæ expurgentur medicamento leniente. Enema.

Clyster talis parari potest.

℞. *Herbar. Maluæ, pariet. melilot.*
Flor. chamom. roman.
Fol. sen. f. stipitib. an. m ß.
Rhabarb. *rassiuscule contusi* ʒ.i.
Agarici albiss. ʒ.ß.
Sem. Anisi Fœnicul. conquassat. an. ʒ.i.ß.
Prunor. damescenor. num. vij.

Fiat decoctio omnium in f. q. aq. ad consumptionem tertiæ partis, in colaturæ ℥.x. dissol. *Electuar. bened. laxat.* ℥.i.
Diacass. ℥.ß.
Ol. chamomel. Aneth. an. ℥.i.ß.
Vitell. oui i.
Salis. ℈.ij.

misce probè colentur iterum, fiatque clyster.

Aut si ager vsum huius reiiciat formetur Bolus. Bolus purgans.

℞. *Flor. Diacass.* ℥.i.
Electuar. Diaphœnicon. aut diacatholiconis ℥.ß.
Pulu. Glycyrrh. ʒ.i.
Diagryd. gr. v.

misce, & cum saccharo aspersо f. Bolus. Vel dissoluantur hæc in decoctione Rhabarbar. facta cum aq. anisi & talis haustus propinetur. Potiuncula euacuans.

Aluo